



*36a*

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*



IN HONOREM HUIUS NOSTRI  
SALVATORIS  
CIRCA HOR. X. ANTE MERID.

**NATIVITATEM MAXIMAM  
IN HUMILITATE SUMMA**

MEDITABATUR

**IPSO FESTO NATALITIO  
JESU CHRISTI**

IN HONOREM HUIUS NOSTRI  
**SALVATORIS**

PRÆMITTIT  
**DVABVS ORATIONIBVS LATINIS  
HABENDIS**

D. XXIX. DEC. A. C.  
CIRCA HOR. X. ANTE MERID.

PRÆSENTE TOTO COETV SCHOLASTICO

- I. cathedram conscendet Ioh. Friedr. Immanuel Weber, Nordhuf. qui verba faciet DE FERIIS NATALITIS VERTERV.
- II. sermonem habebit Ioh. Friedr. Paufe, Ellricenf. DE ADMIRANDA ET SALVTIFERA IESV CHRISTI NATIVITATE.

P. P. Nordhufæ d. xxix. Dec. 1793 cc xxxiii.

IOH. CHRISTIAN. WEBER, R.

IN HONOREM HUIUS NOSTRI  
SALVATORIS  
CIRCA HOR. X. ANTE MERID.





ADESTE MUSE!

NATALIS rediit celebrandus  
NATIVITATE singulari insignis,  
in qua omnia summa  
summe admiranda  
sanctissimeque colenda  
atque veneranda :  
bono enim natus publico  
bonam hanc memoriam non vult esse nisi publicam ;  
attamen

qui semel natus est teris  
singulis annis renasci cupit animis  
ut in nobis incipiat vivere,  
qui nunquam desit ubique.

En igitur

NATIVITATEM MAXIMAM

IN HUMILITATE SUMMA :

natus enim est

non in amplissima Hierosolymorum metropoli,  
sed in parvo & angusto Bethlehemi oppido ;  
non in splendido palatio,  
sed obscuro stabulo ;  
non involutus fasciis auro & argento pictis,  
sed laceris panniculis,

nec in cunis ebore nitentibus,

sed fordido jacuit præsepio ;

& tamen

NATIVITAS FUIT MAXIMA :

natus enim est Princeps pacis,

quin etiam summus Princeps cæli,

qui Israël's Dominus,

non rex magni nominis

aut alicujus regni amplissimi

nec solum terræ,

verum hujus universi.

REX REGVM,

cujus unius dominatu omnia tenentur  
cujusque gloria tota terra non capit  
& tamen omnis habet,

quia astra matutina ipsum laudant

& omnes fines terræ adorant,

ut splendor gloriæ iisdem, quibus solis cursus,  
regionibus ac terminis contineatur.

O quantus Dominus

& quanta Eius Nativitas!

qui nascitur & tamen non nascitur;



quia Æternus nasci non potest  
nativitate naturali,  
attamen nascitur homo.

Nonne hæc sit NATIVITAS MAXIMA  
in HVMILITATE SVMMA ?  
quo percipimus Maximum in Minimo;  
Quem enim cæli cælorum non capiunt

Hunc capit angustum præsepe,  
Qui cum legem daret  
in igne descendit tremendo,  
cum autem Evangelium adfert,  
recumbit in feno.

Sed quid mirum?  
Illic Iustitia, hic Gratia

apparuit.

Quis itaque hic non stat attonitus ?

Homo parit Deum

& Deus induit hominem,

in quo totus cum sit Deus,

tòtum tamen non est Deus,

quia simul est homo,

homo natus in plenitudine temporis

& Deus genitus ab æterno,

habens originem divinam

& tamen non principium.

quo homo factus est ex homine,

non tamen nudus,

sed

ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΣ,

quo omnia ipsi sunt dissimilia,

ipse tamen omnibus similis,

ut humano generi de suo sumeretur

pretium redemptionis

& inde remedium veniret,

unde morbus contractus fuerat.

Qui igitur sine corpore existit,

etiam per corpus præsens factus est,

ut quæ Deus habet per naturam

homines accipiant per gratiam:

nam Deus ex homine nasci voluit

ut homines ex Deo nati dici possint.

Hinc illæsa virginitate virgo peperit  
immensam gratia & misericordiæ abyssum,

ut dies, quo JESVS natus est,

major sit omni tempore;

siquidem

creatura genuit Creatorem,

filia peperit Parentem,



ut filia sit & mater,  
ancilla misera Dominum supremum,  
pauperrima Ditissimum,  
qui inops omnium rerum omnia habet,  
& homo hominem primo antiquiorem,  
quia primus Adam erat de terra,

ALTER de caelo,  
ut natus esset, antequam nasceretur  
& nutriatur a puella,  
qui nutrit & conservat omnia.  
& vagit in gremio matris,  
ut pii gaudeant in caelis.  
Quod si vero parvum ducts  
parvulum infantem,

ausculta caelestem nuntiam nuntiantem,  
JESUM esse Servatorem Judaeorum UNICUM  
& Gentium REDEMTOREM MAXIMUM,  
DOMINUM in civitate Davidis  
h. e. PROMISSUM MESSIAM.

Si tibi sordent panniculi, quibus involutus est,  
suspice in caelum & considera  
claritatem Domini pastores circumfulgentem,

Quid horum non mirabile?  
Omnia inustata sunt inauditaque  
& miraculorum plena.

Hanc igitur rem infinitam finitus intellectus  
non capit, sed credit,  
quia S. Litterae manifestant,  
nec rimatur, sed miratur,  
quia mysteria sunt admiranda,

dum venit  
ad mortuos vita,  
ad errantes via,  
ad perditos salus;

adfert autem salutem  
non terrenam, sed caelestem  
non transeuntem, sed permanentem,  
O fortunatos, ad quos venit!

venit autem ad eos, qui recipiunt  
non tecto, sed corde & fide,  
ut, qui a Deo defecerunt,  
iterum conjungantur.

Euge! Euge! Jesu noster,  
nascere semper ad nostra beneficia  
ut nos renascamur ad tua servitia  
& Natalis diei solemnitatem semper pie exsolvamus,  
nunquam vero absolvamus.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!




Sb.

1077

R.40







NATIVITATEM MAXIMAM  
IN HUMILITATE SUMMA

MEDITABATUR

IN DIE FESTO NATALITIO  
CHRISTI

HUIUS NOSTRI  
TORIS

ONIBVS LATINIS  
NDIS

DEC. A. C.  
ANTE MERID.

DETV SCHOLASTICO

n. Friedr. Immanuel Weber,  
DE FERIIS NATALITIS VE-

riedr. Panse, Ellricenf. DE  
ERA IESV CHRISTI NATIVI-

x. Dec. cis is cc xxxiii.

J. WEBER, R.



Farbkarte #13

Blue  
Cyan  
Green  
Yellow  
Red  
Magenta  
White  
3/Color  
Black

B.I.G.

